



Stavrologia Coloniensis

Gelenius, Aegidius

[Coloniae Agrippinae?], [ca. 1636]

XXXVII. Crvcis. In Vrvndenberg Sacellum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64564](#)

XXXVII. CRVGIS.
IN VRVNDENBERG
Sacellum.

VRundenberg, Virginum Ordinis Cisterciensis Monasterium, in monte Haslei, secundum Rhuram Comitatus Marcani fluuium, sacellum vetus haberet, sanctissimæ Crucis dicatum, ob memoriam Crucis è cœlo prodigiose apparentis. Cum enim B. Menricus, ex Lubecensi Canonico, Anachoreta, & fundator Vrundēbergensis, ab Henrico de Moleuarck, Coloniensi Archiepiscopo, facultatem peteret, Monasterij illius condendi, & verò Archiepiscopus eum examinans, propter nimiam simplicitatē, rei perficiendæ inidoneum & imparem metueret, ideoq; rogaret, ut Menricus ostenderet, quanta ad huiusmodi Conuentum amplitudo desideratur, Beatus vir id se ostensurum recepit, ductisq; in locum instituendi Cœnobij Archiepiscopo, vnā cum Godefrido Arnsbergi, & Ottone Altenano Comitibus, ac Ardeianis, aliisq; nobilibus

bus coram miraculosa B. M. V. statua, *Coram*
in genua procumbens, è cælo serenissi- *testibus*
mo, lucidissimam precibus & lachrymis illustris
deduxit nubem, quæ locum Cœnobij fulgens
describebat, in cuius quidem nubis me- ^{+ è cælo} *dio, aureum Crucis signum clarissimis descēdit*
fulgebat radiis, & occasionem præbe-
bat, in noua Basilica, extruendi facel-
lum, & aram Crucifixo Domino dedi-
cataam, quæ multa hactenus habetur in
veneratione.

XXXVIII. XXXIX.

HEISTERBACENSIS.

Heister

Heisterbacum, Ordinis Cistercien- *baci 2.*
sis Cœnobium, à Philippo Heins- *sacra.*
bergico, Coloniensium Archiepiscopo *Cruces.*
è monte Strombergh, in Vallem S. Petri
Anno 1191. translatum, duas habet (vt vide
Cælarius auctore est) ex ipso, in quod Gode
Saluator Noster sublatus est, Ligno, fridū
Cruces: alteram nigri coloris ex Apulia Pātha
quondam allatam, alteram coloris ru- *leoni-*
bri, quam Anno 1208 ex Constantino- *tā Mo-*
politana S. Sophia Ecclesia, Nobilis E- *nachū*
ques Henricus de Vilmene contulit. ad an.

Illam 1208.